Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



REGVM.

habebat filium. Reliqua autem
uerborum ochozie nonne scripta sunt
in libro sermonum dierum regum israel.
actum est autem cum · II ·
leuare uellet dominus heliam
per turbinem in celum. ibant
helias et helyseus de galgalis. Di
xitque helias ad helyseum. Sede hic
quia dominus misit me in bethel.
Cui ait helyseus. Viuit dominus
uiuit anima tua. quia non dere
linquam te. Cumque descendissent
in bethel. egressi sunt filii prophe
tarum qui erant in bethel. ad helyseum. et dixe
runt ei. Numquid nosti quia hodie
tollet dominus tuum a te. At ille
respondit. Et ego noui. Silete. Dixit
autem helias ad helyseum. Sede hic
quia dominus misit me in heri
cho. Et ait ille. Viuit dominus
et uiuit anima tua. quia non delinquam
te. Cumque uenissent in hericho.
accesserunt filii prophetarum qui erant
in hericho ad helyseum. et dixerunt
ei. Numquid nosti quia hodie dns
tollet dnm tuum a te. Et ait. Et
ego noui. Silete. Dixit autem helias
ei. Sede hic quia dominus misit
me usque ad iordanem. Qui ait.
Viuit dominus et uiuit anima
tua. quia non delinquam te. Ierunt
igitur ambo pariter. et. L. uiri de filiis
prophetarum secuti sunt. Qui steterunt
contra longe. Illi autem stabant
ambo super iordanem. Tulitque he
lias pallium suum. et inuolutum illud.
et percussit aquas. Quae diuise sunt in
utramque partem. Et transierunt ambo
per siccum. Cumque transisset helias
dixit ad helyseum. Postula
quod uis ut faciam tibi antequam tol
lar a te. Dixit itaque helyseus. Ob
secro te ut fiat spiritus duplex in
me. Qui ait. Rem difficilem postu
lasti. Attamen si uideris me cum tollar
a te. erit quod petisti. Si autem non uidis
non erit. Cumque pergerent et incedentes
sermocinarent. ecce currus igneus et equi
igniei diuisitque utrumque. Et ascen
dit helias per turbinem in celum.
helyseus autem uidebat et clama
bat. Pater mi. pater mi. currus israel et au
riga eius. Et non uidit eum amplius.
Apprehensisque uestimenta sua. et scidit
illa in duas partes. et leuauit pallium
helie quod ceciderat ei. Reuersusque
stetit super ripam iordanis. et pallio
helie quod ceciderat ei percussit aquas.
et non sunt diuise. Et dixit. Ubi est
dus helie et nunc. Percussisque aquas. et di
uise sunt hinc atque illinc. et transiuit
helyseus. Videntes autem filii prophe
tarum qui erant in hericho e contra dixerunt
Requiescit spiritus helie super helyseum.
Et uenientes in occursum eius ado
rauerunt eum. prone in terram. Dixeruntque
illi. Ecce cum seruis tuis sunt. L. uiri
fortes. qui possunt ire et quaerere
dominum tuum. ne forte tulerit eum spiritus
dni. et proiecerit eum in uno montium
aut in una uallium. Dixit ait. No
lite mittere. Coegitque eum donec
acquiescere eis. et dixerat. Mittite.
Et miserunt. L. uiros. Qui cum fuis
sent tribus diebus. non inuenerunt.
Et reuersi sunt ad eum. At ille habita
bat in hericho. Dixitque eis. Numquid
non dixi uobis nolite mittere. Dixe
runtque uiri ciuitatis ad helyseum.
Ecce habitatio ciuitatis huius opti
ma est sicut tu ipse cernis domine. prouinciis.
aque pessime sunt. et terra sterilis est.
At ille ait. Afferte mihi uas nouum.
et mittite in illud sal. Quod cum attu
lissent. egressus ad fontem aquarum misit
in illum sal. et ait. Hec dicit dominus.
Sanauit aquas has. et non erit ultra
in eis mors. neque sterilitas. Sanatae
sunt igitur aque usque in diem hanc iuxta
uerbum helyseei quod locutus est. Ascendit
autem inde helyseus in bethel. Cumque
ascenderet per uiam. puer pueri egressi sunt